e-codices

Xa que prodest mercurii significat quod dicitur pacificus inter omnes homines
non enim concordantes. unde dicitur nuncius quasi medius currens. sic et paci
fici medii discurrunt inter discordantes ut eos concordent
quod certe sit multum deo placet. et dicuntur filii dei. unde beati pacifici quoniam
filii dei vocabuntur. Xus filius dei qui descendit de celis ad terras ut pacem refor
maret inter deum et homines inter angelos et homines inter homines et
homines. qui pacem cum multo labore acquisivit fundendo sanguinem etc.
Istam pacem nobis studiose servare commendavit Jo. 14 pacem meam
do vobis pacem relinquo vobis. hanc sic apostolus exoptat vobis philippensium 4
pax dei que exsuperat omnem sensum etc. Et sic pacificos diligit
deus sicut dilectos filios. sic et seminantes discordias odit
sicut proprios filios dyaboli. unde Jo. 8 vos ex patre dyabolo estis
quia primo in celo post in terra discordias seminavit. sic isti proprius
et aliis etc. Quintus dies iovis sub qua planeta qui impetit dicitur
significat prelatos in ore. unde illa stella post solem ab omnibus est prior
et inter septem hac prelatos valde diligit deus et propter hoc nos elegit
246 ephesiorum 1 elegit nos ut essemus immaculati. [illegible] et [illegible]
voluntas dei sanctificatio vestra et sequitur non enim vocavit nos deus in im
mundiciam etc. Hic vero tamen deo placent ut omnes electi sine purgatorio
evolent. Sextus dies est veneris que post solem et lunam ceteris
apparet splendidior et quando tamen in sero quam in mane luce prestat
significat amorem dei et proximi sic adaptata si volueris etc. Septimus dies saturni
qui omnibus planetis est altior frigidior et pigrior sicut
considerantes sunt sue. ita ut celum quod sol [illegible] annis peragit
in triginta annis vix perficit. ipse sic dicitur niger. significat stabi
litatem et perseverantiam in bono et tarditatem ad malum. qui autem
perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Hic tamen placent
deo ut pro ea sola detur corona omnibus virtutibus et operibus
bonis. apocalipsis esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi
coronam vite. Luce vos estis qui permansistis mecum in
temptationibus meis etc.

License: CC-BY-NC – Fribourg/Freiburg, Bibliothèque cantonale et universitaire/Kantons- und Universitätsbibliothek, Ms. L 52, f. 233v – Sermones (http://www.e-codices.ch/en/bcuf/L0052/233v)